

Band VI., Nr. 2011, Seite 403

Graf Ulrich von Berg eignet auf Bitten Heinrichs des alten Amtmanns von Ehingen den seither von diesem zu Lehen getragenen, nun aber dem Kloster Urspring verkauften und ihm aufgelassenen Hof zu Blienshofen dem Kloster als freies Gut.

Ohne Ortsangabe, 1268. Mai 25.

Vlricus, dei gratia comes de Berge, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui est omnium vera salus. Noveritis singuli et universi, quod cum magistra et conventus de Vrspringin pro Hainrico antiquo ministro de Ehingin curiam suam in Blienshouin, quam a me tenebat in feodum, comparassent titulo empcionis pro certa peccunie quantitate, prefatus H. dictam curiam in manus meas resignavit, suplicans affectuose, ut proprietatem eiusdem curie prefato monasterio dare vellem libere possidendum. Ego vero petitionem prefati H. semper cupiens exaudire proprietatem sepedicte curie in Blienshouin per presentes dono, inmo confiteor donasse monasterio in Vrspringin et personis ibidem domino servientibus pro libero predio et sine omni exactione in remedium animarum progenitorum meorum libere perpetualiter possidendum. Testes huius donationis: Hainricus et Eginus fratres mei, qui mecum etiam dederunt eandem curiam, dominus Shenflinus, Hainricus de Shælclingin, Cvnradus notarius et alii quam plures. In quorum omnium efficax testimonium presentem monasterio prefato tradidi paginam sigilli mei munimine roboratam.

Datum anno domini M^o. CC^o. LX^oVIII^o., in die sancti Vrbani, indiccione XI^a.

Der Textabdruck folgt dem Original.

abhängend das Ausstellersiegel, insbesondere am Rand sehr beschädigt, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1988 (WUB, Bd. VI, S. 385).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 511 U 127

Regesten:

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 365. Regesten Grafen von Berg, S. 29, Nr. 124.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Berg Wohnplatz (16762)

Berg, Ehingen (Donau), UL

Blienshofen Wohnplatz (16764)

Blienshofen, Ehingen (Donau), UL

Ehingen (Donau) Wohnplatz (16771)

Ehingen (Donau), UL

Schelklingen Wohnplatz (16943)

Schelklingen, UL

Urspring Wohnplatz (16951)

Urspring, Schelklingen, UL